

www.e-rara.ch

**Silva locorum, qui frequenter in concionibus occurrere solent, omnibus
divini verbi concionatoribus, cum primis utilis & necessaria**

Luis

Venundatur Parisiis, 1586

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRa 166

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-26764>

Meditatio, sive consideratio: contraque Dei oblivio.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

omnipotentem tenere, & quodāmodo ligare, & ſeuientem illius iram vi orationis reprimere? Qui enim ait: Dimitte me, teneri ſe viri iuſti virtute & oratione confitetur.

Nu. 22. Quid eſt, quod Balach Rex Moabitarum cū exercitum ad pugnam inſtruere contra filios Iſrael deberet, hac omiſſa cura ad Balam mittit, vt imprecatoria oratiōe ſe ab illis defenderet? Huic quæſtioni ſic Origenes reſpondet. Quoniam Moabitarum Rex audierat populum hunc orationibus viuere, & aduerſus hoſtes non gladio, ſed ore pugnare: idē ipſe ſimili armorū genere aduerſus eum dimicare volebat. Vt autem ſcias tale aliquid cogitaſe Regem, ex ſcripturæ verbis intellige, quæ ego à magiſtro quodam qui ex Hebræis crediderat, expoſita didici: Scriptum eſt ergo. Et dixit Moab ad ſeniores Madian. Nunc ablinget Synagoga hæc omnes qui in circuitu noſtro ſunt, ſicut ablingit vitulus herbam campi. Cur, ait, tali uſus eſt exemplo? Ob hoc ſine dubio, quia vitulus ore abruptit herbam ex agris, & lingua tanquā falce quæcūque inuenerit ſecat. Ita ergo & populus hic quaſi vitulus lingua & labiis pugnat, & arma habet in verbis ac precibus. Haſtenus verba Origenis.

*Meditatio, ſine conſideratio: contraque
Dei obliuio.*

Gregor. **S** Tude quæſo, & quotidie creatoris tui verba meditare, diſce ſcor Dei in verbis Dei, vt ad æterna ſuſpires, vt mens tua ad cœleſtia gaudia maioribus deſideriis accendatur: tantō enim tunc maior ei erit requies, quanto modō ab amore conditoris ſui requies nulla fuerit Greg. in mor.

Auguſt. Quantō magis homo mala ſua intelligit, tantō amplius ſuſpirat & gemit. Meditatio ſiquidem parit ſcientiam, ſcientia cōpunctionem, compunctio deuotionem, deuotio commendat orationem Auguſt. in Medit.

Non putreſcit cor, ſi leuetur ad Deum. Frumentum tuum ſi haberes in inferioribus, ne putreſceret, leuares illud ad ſuperiora. Frumento tuo quaeris mutare locum, & cor permittis in terra putreſcere? frumentum leuares ad ſuperiora, cor leua in cælum.

Et vnde

Et vnde (inquis) possum? qui funes, quæ machinæ, quæ scalæ opus sunt? Gradus affectus est, iter tutū volūtas tua est: amando ascendis, negligendo descendis: stans in terra, in cælos es, si Deum diligis. Idem, super Psal. 85.

Vigilias times, & ieiunium, manuumque laborem: sed hæc *Bernar.* leuia sunt meditati flammæ perpetuas. Recordatio deus de tenebrarum exteriorum facit non horrere solitudinem. Si futuram cogitas de verbis otiosis discussionem, non valde displicebit silentium. Fletus æternus & stridor ille dentium ante cordis oculos reductus, pares tibi reddet & mattam & culcitram. Bern. in Epist.

Primum ipsum fontem suum, id est, mentem de qua oritur, cōsideratio purificat: deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit excessus, componit mores, vitam honestat, & ordinat: postremo diuinarum pariter & humanarum rerum scientiam confert. Idem de Confid.

Redi ad cor tuum, & subtiliter discute te ipsum. Cōsidera vnde venis, quò tendis, quomodo viuīs, quid agis, quid admittis, quantum quotidie proficis, vel quantum deficis, quibus cogitationibus magis incuraris, quibus affectibus frequentius tangeris. Hugo lib. 3. de ani. *Hugo.*

Tria sunt genera meditationum: vnum in creaturis, vnum in scripturis, vnum in moribus. Primum surgit ex admiratione, secundum ex lectione, tertium ex circumspectione. Admiratio generat quæstionem, quæstio inuestigationem, inuestigatio inuentionem. Lectio ad cognoscendam veritatem materiam ministrat, meditatio coaptat, oratio subleuat, operatio componit, & contemplatio in ipsa exultat. Idem in Meditationibus suis.

Cogitatio vaga incessu semper huc & illuc dinertit: sed meditatio destinata promotione semper in vltiora rēdit: cōtemplatio autem est libera mentis perspicacia in sapientiæ speculo cum admiratione suspensa. Meditationis est perscrutari occulta, contemplationis est admirari perspicua. Idem in lib. de arca Mytti.

Sicut nullū est momētū, quo homo nō vratur, vel fruatur Dei Bonitate & misericordia: sic nullū debet esse momētū, quo eū p̄sentem nō habeat in memoria. Omne tempus in quo de Deo nō cogitas, hoc te computa perdidisse. Idem lib. 1. de Claust. ani.

Isidor. Omnis profectus ex lectione & meditatione procedit: quæ enim nescimus, ex lectione discimus, meditatione conseruamus. Isidorus de summo bono.

clima. Quidā dum lachrymas profundunt in illo ipso beato tempore, nenihil omnino cogitent, sibi ipsis vim faciunt. Improbè id quidem: non enim intelligunt, lachrymas absque cogitatione & intentione animi profusas, brutæ, nō rationabilis naturæ esse proprias. Ioannes Climac. de luctu. cap. 7.

Cū in lectulo cubas, sit tibi ipse iacentis habitus figura in sepulchro clausi, minusque dormies. Ipsa quoque mensa delibatio lamentandæ sortis vermium illorum te admoneat, minusque delicias requires. Sed ipso aquæ potu, flammæ illius sitim ne obliuiscaris, atque ita vim naturæ omnino facies. Memoria æterni ignis tecum singulis noctibus dormiat, tecumque euigilet: neque vnquam psalmodiæ tempore dominabitur tibi negligentia. Ibidem.

Memoria mortis semper tecum quiescat, tecumque simul euigilet, solaque semper ruminanda oratio Iesu. Nullum enim adiutorium in somno his præstantius aut efficacius inuenies. Idem. Grad. 15.

Est è spiritus vnus qui præcursor dicitur: qui nos ex somno surgentes protinus excipit: primumque nostrum cogitatū inquire nititur. Da Domino promittas dici. Erit enim tota eius, qui prius illam occupauerit. Idem. Grad. 27.

simil.
Chrysost.

Videmus planè corporis oculos cū in fumo remorantur, lachrymas effundere: si verò potiantur aere purgato, & florentibus pratis, & hortis virētibz, & fontibus inter amœna fluentibus, & saniores esse, multoque maiori aciei fulgore rutilare. Talis profectò est & mētis oculus: si in pratis spiritualis pascatur eloqui, erit totus sine dubio purus atque lucidus, & acutiùs cū a perulstrās: si verò in fumum secularium negotiorum fuerit ingressus, ad innumera prorsus mala lachrymabitur atque flebit. Chrysost. super Matth. hom. 2. oper. pers.

Origen. Misisti, inquit, iram tuam, & deuorauit eos terra. Hoc ad verbum de Aegyp̄tis in mari submersis intelligitur. Quod tamē ad terrenos homines. Origenes transfert his verbis: Impios quidem hodie deuorat terra. An non tibi videtur terra deuorare illum, qui

qui semper terrenos habet actus, qui de terra loquitur; de terra litigat; terram desiderat, & omnem spem suam posuit in terra: qui ad cælum non respicit, qui futura non cogitat, qui iudicium Dei non meruit, nec beata eius promissa desiderat, sed semper de presentibus cogitat? Talem cum videris, dicito, quia deuorauit eum terra. Hæc Orige.

Est animorum ingeniorumque nostrorum naturale quasi quoddam pabulum, consideratio contemplatioque naturæ: doctoque homini & erudito, cogitare est viuere. Cicer. lib. 4. Acad. quæst.

Vt cum in Sole ambulamus, etiam si aliam ob causam ambulamus, sit natura tamen vt coloremur: sic cum doctorum libros studiosius legimus, sentimus orationem nostram quasi colorari. Idem lib. 2. de Orat. Quod autem lectio, idem etiam ac multo magis præstat assidue eorum quæ legimus consideratio.

¶ Non sine magna admiratione cernimus pullos omnes matres suas quocunque perrexerint sequi, nec ab earum latere diuelli. Quod videre est in agnis, hœdis, & equarum gallinarumque pullis &c. Si ergo Deus multo magis pater noster est, qui solus animam creauit, corpus verò (matre dormiente) mirabiliter in vitro formauit, quomodo non illi semper adherescimus? quomodo tãdiu ab illo animo & cogitatione separamur?

Præcipuum serui Dei studium esse debet, vt [quatenus fieri possit] nunquam à Dei præsentia oculos auertat. Quod sanctos ille rex præcipue intendere curabat, cum diceret: Quæsiuit vultum tuum, vultum tuum Domine requiram. Et, meditatio cordis mei in. c. t. Et, Proponebam Dominum in conspectu meo semper. Hac ratione charitatis seruior & deuotior, meditationum igniculis coalescit: & homo semper ad omnem Diaboli incursum manitus atque paratus est.

Sicut Pharaonis interitio erat, vt filij Israel aut semper in AEgypto manerent, aut certe non procul ab AEgypto recederent. ita contrà voluntas Dei nostri est, vel vt semper in eo per ætalem amorem & memoriam maneamus, vel certe non procul ab hoc studio recedamus: vt facile vnde digressi sumus redire possimus. Sic sacra illa Ezechielis animalia ibant, & reuertebantur in

similitudinem fulguris coruscantis: hoc est maxima celeritate à studio piæ actionis, ad diuinæ contemplationis exercitium reuertebantur.

Simil.

Eccel. 2.

Sicut fulua cera ad Solis radios diu exposita, candida fit, & quò diutius sub sole manet, eò fit candidior: ita anima nostra iustitiæ Solis exposita (quod quidem fit per elevationem mentis in Deum) purior indies efficitur. Hinc Ecclesiast. ait: Qui timent Deum præparabunt corda sua, & in conspectu eius animas suas sanctificabunt.

Beneficiorum ac operum Domini consideratio, magnopere homines in officio continet. Hæc enim meditatio efficit, ut neq; præterita illi prætereant, neque futura absint, cum utraque ante mentis oculos tâquam præsentia ponat. Itaque ad illam pertinet, quod in Esdra legimus, Reuoca diem præteritum, metire ventum, & igne pondera. Quæ omnia meditatio efficit, quæ præterita Dei beneficia in memoriam reducit: quæ vitæ nostræ breuitatem (quæ instar venti est) metitur, & intolerandum gehennæ ignem assidua cogitatione ponderat. Harum verò rerum consideratio mentes nostras magnopere ad virtutem acuit.

Acto. 17.

simil.

Si quis hoc tecum pactum iniret, ut quandiu ipse te beneficiis prosequeretur, tu illius memorem animum gereres: an non libenter hanc conditionem acciperes? At Deus perpetuò tibi benefacit, cum te in esse cōseruat, & necessaria vitæ subministrat. In ipso quippe viuimus, mouemur, & sumus. Cur ergo non semper illum in mente habeas? imò verò cur illius perpetuo obliuisceris, sine quo non esses? Quo enim temporis momento à te oculos diuelleret, in nihilum protinus redires. Sicut enim hominis imago qui faciem suam in speculo conspicit, protinus aboletur, ubi is se se ab eo auertit: ita si rerum cōseruator Dominus, respicere nos de sineret, in nihilum prorsus vnde facti sumus rediremus. Quo circa sicut Deus tibi semper adest, ita tu operam dare debes, ut illi semper animo præsens sis.

Quemadmodum ad naturalem vitam degendâ non sola sufficit ratio, sed affectibus etiam necessariò dati sunt, quibus salutaria appeteremus, & noxia fugeremus, ita ad spiritualem vitâ degendam, non sufficit lumen intellectus, quòd à fide & doctrina proficiscitur, nisi adsit etiam charitas, cæterique spirituales affectus,

qui

qui vi sua nos ad spiritalia & diuina quodam modo impellant. Hos autem affectus oratio & diuinarum rerum meditatio mouere solet: quæ pro rerum varietate quas animo voluit, modò amoris, modò timoris, modò spiritalis lætitiæ motus in anima excitat.

Orationis & meditationis assiduæ utilitas hoc discrimine est: quod carnales affectus valde diuturni sunt, & imis frequenter medullis infixi hærent, vt diuitiarum, aut honoris cupiditas, turpis amor, inueteratum odium: quod vix à se multi hominum excutere perfecte possunt. At spirituales affectus in carnalibus præsertim hominibus (qui frequenter sacris concionibus excitantur) parùm durabiles sunt: vix dum enim finita concione velut fumus euanescent. Quare necesse est, vt eos quotidiano orationis & meditationis studio instanremus, quod diuturniores & stabiliiores sint. Ab his namque vita spiritalis miro modo inuatur: quandoquidem hoc in nobis affectus sint, quod in auiibus alæ: quodque in cæteris animantibus pedes. Hinc illud Augusti. Pondus meum, amor meus: quocunque feror, amore feror. In cuius rei typum, sacerdotes quotidie in altari Domini ligna subiicere præcipiebantur, quò ignis ille perpetuus esset. Quamobrem ad hoc studium concionatores populum frequenter adhortari debent: si quos dicendo affectus excitauerunt, stabiles esse velint: ne de illis dicatur: Qui merces congregauit, misit eas in sacculum peritum.

Agg. i.

Præcipuum piorum studium esse debet, opera Dei, quæ conueniunt à diuina providentia geruntur bonis tuendis & improbis vltiscendis meditari: Hoc Propheta præstabat cum ait. Et meditabor in omnibus operibus tuis, & in adiuuentionibus tuis exercebor. Rursumque: Memor fui operum Domini, quia memor exo
ab initio mirabilium tuorum. Et iterum, Iustus periiit, quia non
est qui recogitet in corde suo: & viri misericordiæ colliguntur,
&c Quid verò aliud sunt threni Hieremiæ, nisi considerationes
& grauissimæ sententiæ: quas is ex illa Hierosolymitana vastatio
ne eliciebat: vbi de diuina seueritate, de malitia peccati, de obdu
ratione hominum, de negligentia pastorum, de odio Dei aduer
sus impiũ, & impietatem eius mirifice philosophatur? Hoc ex
plum Christianus homo sequi deberet, ne in magno huius mudi

Psal. 76.

Esa. 12.

G g 3

velut

velut theatro (in quo tam multa quotidie opera à diuina prouidentia fiunt) tanquam lapis super lapidem sedeat.

Sicut calor in aqua , non ab aquæ natura sed vel à Sole vel ab igne est (quo fit vt ab igne vel Solis ardore separata, naturæ suæ protinus reddatur) ita planè deuotio [vt Diuus Thom. ait] ex diuinarum rerum meditatione & contemplatione procedit : quibus sublaris ferror ille deuotionis paulatim tepefcit. Quare qui feruorem hunc perpetuum esse cupit , à Deo (qui ignis consumens est) recedere non debet. Si verò recedat, non magis mirum est, si is feruor spiritus immutatur, quam aquæ calor, vbi ab ignis consortio separatur.

Cum duplices in anima potentie sint, cognitiuæ videlicet & affectiuæ : cognitiuæ quidem sunt veluti animæ fores, affectiuæ autem velut centrū, & interior animæ fundus. Quo fit, vt neque bonarum neque malarum rerum cognitio, hominem aut meliorem aut deteriorem reddat : amor autem & affectio vtrumque habet. Quamobrem danda nobis opera est, vt in meditatione nostra, amoris & deuotionis ignis exardescat : quo ipse animæ nostræ fundus, cœlesti luce atque calore compleatur. Vt enim speculatiua & nuda malarū rerum cognitio non perinde nocet, ita neque bonarum multum iuuat, quanuis suæ etiam utilitate non careat.

Aristoteles in Meteoris mundum hunc inferiorem superiori coniunctum esse oportere testatur, quò videlicet cœlestes influxus, astrorumque virtutes huic inferiori communicari possint. Adhuc ergo modum danda nobis opera est, vt spiritus noster spiritui diuino per continuum amorem & contemplationem coniungatur, vt hoc modo spirituales influxus diuinæque lucis radij ad eum pertingere possint, quibus mens nostra fœcundata fructus proferat æternæ vitæ. Præterea, sicut corpus animæ, rami arboris truncus, & solares radij Soli vniti esse debent, vt ab illis virtutē trahant : ita vir pius conari toto studio debet, vt non modò per habitalem charitatem, sed etiam per actualem eleuationem mētis in Deum illi vnatur, vt eius lucem & splendorem continuo diuinæ mentis influxu participet. Ad hoc autem nos Propheta vocat, cū ait. Accedite ad eum & illuminamini, &c.

Res omnes tunc optime in suo esse cōseruantur, cū iis causis
vniuntur,

uniuntur, à quibus existendi initium acceperunt. Hinc piscis gaudet in aqua, plāta immobilis manet in terra, pulli siue auium siue ferarum lateribus semper matrum hærent; ipsæque quocunque ierint sequuntur. Si igitur mens hominis à Deo est, illi vniantur, illi hæreat, & in illo semper manere satagat, vt ab eo perficiatur in esse, à quo existendi initium accepit. Hoc sancti Anacheritæ potissimum præstiterunt, qui turbis vrbium derelictis, squalentis eremi incultas solitudines perierunt, vt nulla re terrena impediri possent, quo minus dies noctesque vnum Deum aspicerent, & in vno eo intentos semper oculos mentis haberent.

Nisi quòd lex tua meditatio mea est. &c. Iuuat ergo diuinæ legis meditatio ad laborum patientiam. Qua de re vide Ambrosii per Beati immaculati. *Psal. 118.*

Officium viri iusti esse describitur, meditari in lege Domini die ac nocte. Ad hoc nos studium vehementer Salomon in Proverbiis hortatur his memorabilibus verbis. Conserua fili præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ: liga eam in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo. Cùm ambulaueris, gradiantur tecum, cùm dormieris, custodiant te, & euigilans loquere cum eis: quia mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ, increpatio disciplinæ. Similem sententiā atque commendationem non minus certe notandam Deute. 6. & 11. leges. Eruntque verba mea hæc, &c. *Prov. 6.*

Hac de causa existimo piam & religiosam mentem toties in Canti. Sponsam appellari: quia quemadmodum Sponsa dum adhuc recentis coniugij amore feruet, nihil agit, nihil cogitat, nihil nisi Sponsum suum loquitur: & vix ab eo mentis oculos diuellit: ita planè spiritualis Christi Sponsa erga illum affecta esse debet, vt videlicet rerum omnium atque sui ipsius quodammodo oblita, in illum per continua cogitationem & amorem transeat. Itaque sicut poma diu multumque saccharo aut melle decocta, vix proprii saporis aliquid retinent, sed solius sacchari dulcor referunt, sic nimirum talis anima diuinarum rerum studio & contem- *simil.* plationi addicta esse deberet, vt vix in ea (quantum humanæ fragilitati concedi potest) vereris hominis prutini que saporis quicquam resideret, sed solius Christi imaginē ita referret, vt iam cū Apostolo dicere possit. Viuo ego, iam nō ego v. v. i. m. C. Hoc est *Galat. 2.*

autem verum holocaustum fieri, & beatorum in hoc mortali corpore vitam imitari, qui iam in Deum quodammodo transferunt, in quibus quod mortale erat, à vita absorptum est. Hoc autem modo videtur mihi ille vixisse, de quo scriptum est: Cum Deo ambulauit, & fecit omnia quæ præcepit ei Deus: & non apparuit, quia tulit illum Deus.

Prou. 28 Improborum hominum est, diuina omnia obliuisci. Hi enim habitare dicuntur in terra obliuionis. Hinc illud Salomonis Viri mali non cogitant iudicium: qui autem inquirunt Dominum, animaduertunt omnia. Ex hac autem obliuione tot vitiorum monstra oriuntur. Vnde est illud. Non est Deus in conspectu eius, inquinata sunt viæ illius in omni tempore.

Quod meditatio diuinæ legis non solum pariat sapientiam, sed etiam promereatur, declarant illa Ecclesiæ. verba. Cogitatum tuum habe in præceptis altissimi, & in mandatis eius maxime assiduus esto: & ipse dabit tibi cor, & concupiscentia sapientiæ dabitur tibi. Dare autem cor, est, diuinæ legis ac diuinorum operum intelligentiam præbere, qua improbi carent. iuxta illud: Nescierunt, nec intellexerunt: in tenebris ambulant. Item, Factus est Effraim quasi columba seducta, non habens cor: quæ videlicet apposita esca seducitur, nec positum ante oculos laqueum animaduertit.

Psal. 81.
Osea. 7.

Eccles. 24. Meditationis & sapientiæ studium describit Eccles. cap. 24. vbi ait: Beatus vir qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia sua meditabitur, & in sensu suo cogitabit circumspectionem Dei: Qui excogitat vias illius in corde suo, & in absconditis suis intelligens: Vadens post illam, quasi inuestigator, & cætera quæ sequuntur. In quibus hoc inuestigatoris nomen suam emphasim habet. Designat enim studium animi cupide & solícite pretiosum aliquid inquirentis, nec vlllo modo, nisi re inuenta quiescentis. Hoc enim studio charitas & sapientia quærenda est.

Studium scripturarum ac diuinæ legis meditationem commendat Ecclesiæ. 39. his verbis. Sapientiam omnium antiquorum exquirat sapiens, & in Prophetis vacabit. Occulta parabolarum exquiret, & in absconditis parabolarum conuersabitur. Miræ autem verbo conuersandi, studium, animum, cogitationes, & mores spiritualis viri descripsit: quando is videlicet nihil aliud versat ac voluit,

voluit, quàm diuinæ legis meditationem: cuius omnis conuersatio cum Apostolis & prophetis est, & omnis enarratio in præceptis altissimi. Ad quod etiam pertinet quod mox sequitur, Cor suum traderet ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum: & in conspectu altissimi deprecabitur. Huius autem studij fructum declarat protinus cum ait: Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu sapientiæ adimplebit illum: & ipse tanquam imbres mitteret eloquiâ sapientiæ, &c.

Ecccl. 14.

Considerationis defectû multorum malorû causam esse, declarant illa Prophetæ verba, Quoniam non intellexerunt opera Domini, & in opere manû eius destrues illos & non ædificabis eos. Cui simile est & illud Hieremiæ: Desolatione desolata est omnis terra, eo quod nullus sit, qui recogitet corde. Item illud, Audi popule stulte, qui non habes cor: quod videlicet opera Domini cõtemplatur. Sed quæ de causa amisit cor? Nimirum, quia, vt in osea scriptum est, Fornicatio & vinum & ebrietas auferunt cor. Vnde est & illud. Cithara, & lyra, & vinum in conuiuiis vestris, & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis.

Psa. 27.

Hierem. 12.

Hierem. 5.

Osea. 4.

Esai. 5.

Psal. 66.

Meditationis tempus, materia, & scopus describitur psalm. 66. Ait enim Propheta: Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui: & meditaras sum nocte cum corde meo: & exercitabar, & scopebam spiritum meum. Quæ Hieronymus sic vertit: Recordabar psalmorum meorum in nocte: cum corde meo loquebar: & scopebâ spiritum meum. Huc enim omnis oratio & meditatio nostra tendere debet, vt cordis puritatem & innocentiam consequamur.

Exec. 1.

De mysticis illis animalibus Ezechiel ait, quod facies eorum & pennæ desuper extentæ essent. Facies, quæ præcipua corporis nostri pars, magisque conspicua est, operis nostri intentionem: pennæ verò mentis eleuationem designant. Hoc ergo in sanctis viris præcipuum esse debet: quod omnis eorum intentio, omnis cogitatio ab infimis rebus abducta, ad cœlestia feratur: ita vt in operibus suis nihil aliud quàm placere Deo intendant: in cogitationibus verò nihil aliud iuuere eos cogitare nisi Deum.

Ex alis, quas mystica illa Ezechielis animalia habebant, duabus volabant, & duabus corpora sua tegebant. Quid hoc nobis innuit? Sunt qui cogitationum suarum pennis ita ad sublimia ele-

G g 5 uentur

uentur, vt moralis vitæ virtutes (quibus in cōuictu hominū vtendum est) penē obliuiscantur. Sciant ergo tales, ita cogitationum sanctarum studium partiri debere, vt aliæ ad cōlestia cōtemplanda, aliæ ad mores castē integreque formandos referantur: quō videlicet ita cōlestib. rebus, quibus Deo vacant, intendant, vt curam sui, & vitæ moderationem non abiiciant, sed simili studio & ardore amplectantur.

Diuinorū operū considerationem cōmendat Moyses Deute. 4. his verbis: Ne obliuiscaris verborum, quæ viderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo omnibus diebus vitæ tuæ. Docebis ea filios ac nepotes tuos Et infra: Et recordaberis cuncti itineris per quod adduxit te Dñs Deus tuus quadraginta annis. Quo verbo sanctus vir perceptorū in eo itinere beneficiorū memoriam & assiduam meditationem commendat.

Affectus & propensiones animæ à philosophis rerum gerendarū stimuli, ac veluti calcaria esse perhibentur. Vnde nō animalia modo (quæ ratione carent) sed plerique etiam hominū affectuum impetum sequuntur. Sunt autem duplices affectus, alij qui ex corrupta natura vel cupiditate, alij qui à charitate & gratia oriuntur. Caterū in statu naturę integræ illi deerant, isti aderāt, modò verò in natura lapsa isti desunt, illi insunt. Vt amissos igitur eos (sine quibus spiritalis vita constare non potest) reuocemus, necessaria est primū gratia, quæ naturā sanat: deinde pia consideratio, quæ rerum diuinarum dignitate ante mentis oculos posita, torpentes excitet affectus, & ad diuina erigat.

Contemplatio, vita actiua, & contemplatiua.

Gregor.

Marthæ cura non reprehenditur, Mariæ verò etiam laudatur: quia magna sunt actiuæ vitæ merita, sed cōtemplatiuæ potiora. Vnde nec auferri vnquam Mariæ pars dicitur: quia actiuæ vitæ opera, cum corpore transeunt, contemplatiuæ autem gaudia melius ex fine cōualescunt. Greg. in mor.

Cū contemplationis arcem aliqui tenere desiderant, prius se in campo per exercitium operis probent: vt sollicitè sciant, si

nulla